

1421 : A CLAIM BY THE COMMISSARIES OF **MARCO POLO**
 Mccccxxj^o mensis Marcij die ij^o Jndicione xiiij^a Riualtj/ Testificor Ego Bertolucius
 venerij preco & ministerialis curie palacij Quod die predicta Propter preceptum
 Serenissimj Principis nostrj domini Tome M— Inclitj ducis venetiarum & per
 legem dominorum Judicum Procuratorum Jnuestiuj sine proprio ad nomen comis-
 sarie condam virj nobilis ser Marcj Polo Cunctas & supertotas duas proprietates
 terrarum & casarum cohopertas & discohopertas in confinio sancti Johannis Crisostomj
 positas que fuerunt condam virj nobilis ser Maphej Polo Secundum quod vna
 earum proprietatum firmat ab vno suo capite partim in riuo Et partim in muro
 comuni huic domuj siue camino & vnj coquine commissarie condam domini Marcj
 Polo Et partim cum quadam saluaroba firmat super curiam vbi est putheus. Et
 ab alio suo capite firmat partim in Riuo vnde habet Jntroitum & exitum Junctorium
 & Jaglacionem Et partim firmat cum suo muro proprio in proprietate de cha
 baxeio Ab vno suo latere firmat per totum in Riuo vnde habet Jntroitum et
 exitum Junctorium & Jaglacionem Et ab alio suo latere videlicet tam in primo
 quam in secundo solario firmat partim in muro comuni huius proprietatis & dicte
 coquine comunis domini Marcj Polo Et partim firmat in muro comuni inter
 hanc proprietatem & quandam proprietatem que est comunis domini Marcj
 Polo Partimque videlicet a trabatura domus predictae huius proprietatis inferius
 firmat in muro comuni posito iuxta scalam per quam ascenditur ad hanc domum
 huius proprietatis que scala est comunis huic proprietatj & proprietatj infrascripte
 ac proprietatj comuni dicti condam ser marcj paulo Partimque firmat in porticu
 primj solarij comuni huic proprietatj & infrascripte secunde proprietatj ac
 proprietatj dicti condam ser Marcj Paulo Partim etiam videlicet inferius firmat
 in porticu posita in columpnis circum curiam predictam comunem vbj est putheus
 Que porticus est comunis totj proprietatj de cha Paulo. Altera vero proprietas
 est tres domus a segentibus Que quidem tres domus comprehendunt tam superius
 quam Inferius Et cum tribus hospicijs positis in primo solario a secunda trabatura
 inferius Et a prima trabatura superius positis per supra voltas furnicionis domini
 Mathei paulo Tota hec proprietas insimul coniuncta posita est in confinio sancti
 Johannis Crisostomj Secundum quod hec proprietas firmat ab vno suo capite
 partim a parte superiorj per supra dictas voltas super calem proprium heredum
 domini Marcj Paulo dictj Milion super quem calem hec proprietas habet fenestras
 pro suo luminario quibus non potest aufferrj lumen Et partim firmat a parte
 Inferiorj a prima trabatura Inferius cum suo muro in vno anditu proprio suprascripto-
 rum heredum suprascripti domini Marcj Paulo Milion Partimque firmat a
 parte superiorj per supra dictum anditum in proprietate de cha de musto Partimque
 firmat tam Inferius quam superius a secunda trabatura Inferius cum suo muro